





B. L. S.

Tribus verbis Tibi ostendatur, quid in novā hac editione præstitum sit. Primum omnium *Substantivorum*, & plerorumque *Adjectivorum pariter ac Participiorum Nominativi*, qui in ipso contextu non leguntur, una cum *Genere* & *Declinatione* in *marginē expressi sunt*: ut hac ratione *Libellus* hic in posterum *Nomenclaturæ* vicem sustinere queat; id quod perquam multi desiderarunt. Quod si vero *Nominativus* in *marginē* non reperiatur; id de industria factum esse scias: cum jam tum vox illa vel in eodem, vel præcedenti *Titulo* extet. Deinde *vocabulis polysyllabis accentus additus est*; nisi in penultima syllaba vocalium, vel consonantium concursus, aut diphthongus adfuerit: interdum tamen typographia accentum non admisit, nempe in majusculis litteris, diphthongis, & y. Ad extremum quædam *in utraque versione tum immutata, tam-addita fuerunt*, & *Titulorum Indici duplex Vocabulorum* subjunctus est *Index, Latinus æque ac Germanicus*, idemque locupletissimus & absolutissimus. Vale & labori hunc fave.